Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cum illud bibam uobiscum nouum in regno
patris mei. Et ymno dicto: exierunt ī monte
oliueti. Tunc dixit illis ihs: Omnes uos scan
dalum pacemini in me in ista nocte. Scriptū
est enim: Percuciam pastorem: et dispgentur
oues gregis. Postquam autem resurrexero: pce
dam uos in galyleam. Respondens autem petrus a
it illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego
numquam scandalizabor. Ait illi ihs: Amē dico
tibi quia in hac nocte ante q̄m gallus cantet ter
me negabis. Ait illi petrus. Etiam si oportue
rit me mori tecum: non te negabo. Similiter et
omnes discipuli dixerunt. Tunc uenit ihs cū
illis in uillam que dicitur gethsemani: et dixit
discipulis suis. Sedete hic dōnec uadam illuc et
orem. Et assumpto petro et duobus filius zebe
dei: cepit contristari et mestus ē. Tunc ait illis
ihs. Tristis est anima mea usq̄ ad mortem. Su
stinete hic: et uigilate mecum. Et pgressus pu
sillum: pcidit in faciem suam. orans et dicens.
Mi pater: si possibile est transeat a me calix is
te. Tamen tamē non sicut ego uolo: sed sicut tu.
Et uenit ad discipulos: et inuenit eos dormiētes.
et dicit petro. Sic non potuistis una hora uigi
late mecum? Vigilate et orate: ut non intrētis
in temptacionem. Spiritus quidem pmptus ē: